serviunt mammone. Mammona
autem demonis nomen est. qui lucris
carnalibus preest. et dominatur his qui dili
gunt mundum istum. Ipsi autem
amatores mundi non possident
divitias. sed ipsi a divitiis possi
dentur. Custodiunt ergo quod usum
non potest. et cui custodiat omni
no nesciat. dicente sancto spiritu per
prophetam. Vane conturbatur omnis homo.
qui thesaurizat et ignorat cui
congreget ea. Nudos nos suscepit
in lucem partus mulierum. Suscepit
et [illegible] cibo et amictu.
Nudos suscipit et terra quos reddidit.
In commune possidemus celi
divitias. splendor solis et diur
num et pauperi equalis est. nec alia
divitis. alia pauperis vita est. Sed
miser et infelix homo. qui cum nec
hoc possit securus usum quod suf
ficiat. plus aliquid vult habere
quam sufficiat. Nam dum custo
diunt arculas domus. dum posses
siones colunt. dum a furibus intendunt.
dum edificant. preparant.
dum lucris student. dum mun
di potentatus sectantur. nudi esse contendunt.
Dum blandimenta carnis sectan
tur. dum ludere tabulis
et spectaculis non pertimescunt.
Dum polluere et polluti non me
tuunt. subito rapiuntur de
hoc seculo nudi. solam secum per

viduitate lugentes. [illegible] dies
habebant [illegible]
Venientes itaque [illegible] hostes
fuerant simul cum matre
eius vidua. iactaverunt se ad pedes
eius. omnesque pedes fletu suo et genu
a eius [illegible] rogabant. ut
in nomine dei sui. sicut Drusianam ita
et hunc iuvenem mortuum resu
scitaret. Tantus autem omnium erat
fletus. ut etiam ipse sanctus apostolus vix
a fletu et lacrimis temperaret.
Tunc prostravit se in oratione. diu
quam maxime flevit. Exurgens autem
ab oratione. expandit manus
suas ad celum. et tacitus per
diu oravit. Hoc cum fecisset
tertio. iussit solvi involutum cor
pus. et ait. O iuvenis qui [illegible]
[illegible]
ab anima tua [illegible]. O iuvenis qui
nescisti creatorem tuum. nesci
sti salvatorem hominum. nescisti
amicum verum. et ideo hostem
pessimum incurristi. Pro ignorantia
tua lacrimas ergo domino meo
simul et preces effudi. ut resur
gas a mortis vinculo resolutus.
et istis duobus Attico et Euge
nio annunties. quantam gloriam
amiserint. et quantam incurre
rint penam. Tunc resurgens Stac
teus ad pedes apostoli. et cepit
increpare deceptos et dicens. Vidi

zelares i istu gaudiis. plenas gaudi-
is. plenas deliciis. plenas delec-
tationibus. quas amisistis i caniq.
Et acquisistis uobis loca tenebrarum.
plena draconibus. plena striden-
tibus flammis. plena cruciatibus.
Et incomparabilibus penis. plena do-
loribus. plena angustiis. plena ti-
more et tremore. Amisistis loca
plena floribus immarcescibilibus.
plena dulcium uocibus organorum.
Et acquisistis uobis loca in quibus die noc-
teque non cessant rugitus. ululatus.
et luctus. Iam nichil uobis super est.
nisi ut rogetis apostolum domini. ut sicut
me resuscitauit. et deo in christo ad
salutem reduxit. ita et animas uestras
que iam de libro uite delete sunt
resuscitare dignetur. Tunc ipse
qui resuscitatus fuerat. prostrauit
se cum omni populo. et cum attico et
eugenio ad pedes apostoli. omnesque pariter
deprecabantur eum. ut intercederet pro
eis ad dominum. Cuius iohannes apostolus hoc
dedit responsum. ut per triginta
dies deo penitentiam offerrent. in quo spa-
tio hoc maxime precarentur. ut uirge
auree ad suam naturam redirent. Si-
militer et lapides ad uilitatem qua
antea fuerant reuerterentur. Fac-
tum est autem cum uenirent triginta dierum spa-
tio consummato. cum neque uirge
mutarentur in ligna. neque gemme
mutarentur in lapides. uenientes

cepte similiter. Et ait homines non
i dulgere aula dei. quantamcumque ma-
gnificam ipse sit deus. Non i dulgere
et patere. In peccato nostro confusi
sumus. Et qui oculis concupiscentiis
deliquimus. fletibus penitemus.
Oramus te domine. oramus te apostole.
ut in dulgentiam dei quam semper predicas
nobis. factis ostendas. Tunc beatus
iohannes flentibus et penitentibus. uni-
uersis etiam pluribus interuenientibus. dixit.
Dominus deus noster hiis sermonibus usus est dicens.
Nolo mortem peccatoris. sed ut
conuertatur et uiuat. Nam et cum nos
doceret de penitentibus dominus ihesus
christus. amen inquit dico uobis. quia maius
gaudium est in celo angelis super uno
penitente et conuertente se a peccato
tanquam super nonaginta
nouem iustis qui non peccauerunt. Unde
uolo uos scire. quod dominus accepit
penitentiam istorum. Tunc conuersus ad
atticum et eugenium dixit. Ite
et reportate uirgas ad siluas
unde eas assumpsistis. quia ad suam
sunt naturam reuerse. Et lapides
quia prestite efficaces sunt ut fuerant.
Quod cum fuisset impletum. rece-
perunt gratiam quam amiserant. Ita ut
etiam fugarent demonia. Et
sicut prius in firmos curarent. Et multa
alia miracula per eos dominus faceret.
[C?]um autem omnis ciuitas
ephesiorum ... ipsum